

inferius, cum D. Covar. ad vers. Tertia conclusio. Sed ut tertius possessor conveniatur, prius excutienda sunt bona primi emptoris, & cum solvendo non fuerit, actio in subsidium contra tertium possessorem conceditur: Flores de Mena in additionib. ad Gamm. decis. 21. Cevall. Pereira, Barbosa ubi proximè, Hermos. num. 48. Roderic. Xuar. allegat. 21. in fine. Cancr. p. 1. cap. 13. n. 31. Etsi Gamma, d. decis. 21. ut excussionem non prærequiri renuerit.

Verf. Secunda conclusio.

84 Tertius possessor: qui rem absque læsione ultra dimidiam habuit, remedio d. l. 2. vexari non potest Herm. n. 39. Cevall. n. 7. Cagnol. in d. l. 2. n. 14. 120. Pinell. d. c. 1. n. 30. Padilla n. 36. Verf. Secunda conclusio, Anton. Gom. d. n. 21. Verf. Item adde, quod si res sit, Barbof. n. 133. Ant. Gabr. d. tit. de empt. conclus. 1. n. 24. limit. 2. Mozz. d. tract. de empt. tit. quib. mod. annullet. emptio, n. 15. Molin. d. disp. 349. n. 4. Giurba. supra n. 26. Cofta in l. Gallus, §. Et quid si tantum, n. 46. ff. de liber. & posthum. Viv. decis. 430. n. 4. 6. Matienç. ubi proximè, Petr. Barbof. in l. d. vortio, §. Si fundum, n. 33. ff. solut. matrim. Cancr. ubi proximè. Quod procedit quamvis primus emptor solvendo non sit, Hermos. cum aliis, n. 40.

Verf. Tertia conclusio.

85 Qui sciens, læsionem ultra dimidiam intervenisse, emit à primo emptore, ex d. l. 2. in subsidium tenetur, licet iustum pretium numeraverit, August. Barbof. n. 135. Cevall. n. 8. Franchis n. 6. Fachin. d. c. 18. Verf. Quod si proponatur, Giurb. n. 6. in fine, Felician. d. c. 1. n. 2. Matienç. d. n. 24. Verf. 2. Si tamen Tertius, Pinell. d. c. 1. n. 32. Cagnol. n. 144. Hermos. n. 41. Dicastil. n. 309.

86 Præterea idem juris erit, cum lite jam cum primo emptore contestata super contractus rescissione, aliquis; sive sciens, ignorans, rem liti suppositam comparaverit; nam ex ea constitutione convenietur: Hermos. n. 42. Cacheran. decis. 65. nu. 13. Barbof. in d. collectan. nu. 137. Simili modo, ubi enormissimè fuit læsus venditor, agere contra Tertium poterit possessorem, Hermos. n. 34. Roderic. de ann. reditib. lib. 1. q. 14. n. 62. Franchis supra, n. 7. Barbof. n. 138. qui advertit, in hoc casu non desiderari bonorum primi emptoris excussionem, etsi in aliis omnibus supradictis sit necessaria; Hermos. n. 49. ubi notat, non excusari tertium possessorem ignorantia læsionis, nisi quando solum ob scientiam convenitur: & n. 51. docet cum aliis, quod cum tertius possessor conveniri potest, discussione præmissa, licet simul in eodem processu tam contra illum, quam contra primum emptorem causam tractari, & una sententia definiri; quod ad praxim notatu dignum est, in qua ita receptum testatur Flores de Mena in d. decis. 21. Gamma, in fine, Barbof. n. 138. in fine.

Succesor vero singularis ejus, qui læsionem ultra dimidiam passus est, velut qui ab emptore læsionem habuit, nullo modo remedium d. l. 2. proponere adversus deceptorem potest, nisi sibi cedatur actio, Hermos. num. 53. Cremenf. in d. l. 2. n. 63. Verf. Sed advertendum. Quoniam actiones personales singularibus successoribus non competunt, Parlador. different. 36. nu. 8. ubi ait, verum esse, quamvis rationes rei competant, quia cum ipsa non transeunt ad possessorem; Anton. Gom. d. cap. 2. nu. 29. Cyriac. controvers. 120. num. 3. 4. tom. 1. Olea plurimis laudatis, de cesson. jurium, tit.

4 in miscell. num. 1. suntque optimi textus, in l. eam, qui 14. in princip. ff. de jurt. l. sed nec 11. ff. de conduct. furt.

Unde si emptor rem alienaverit, in qua læsio contingit, venditor læsus adversus eum actione personali poterit in judicio experiri; non contra tertium possessorem: & licet ille primus emptor nequeat rem restituere, quam in alium transtulit, pretium supplere compelleretur; sibi que imputer, quod electionem suo facto amiserit, Dicastil. num. 308. Hermos. d. glos. 7. n. 38. Pinell. part. 2. c. 1. nu. 29. Anton. Gom. d. n. 22. Verf. Item adde, quod si res sit, Cevall. d. q. 443. n. 4. 5. Molin. sup. n. 4.

Quod procedit quanquam res apud secundum emptorem perierit; quia primus, qui læsit, pretium retinet, & sic rem ipsam habere videtur, l. quia qui pretio 46. ff. de usufruct. Petr. Greg. d. cap. 24. n. 18. etli aliud sit re precepta apud eum, qui læsit, absque culpa ipsius; ut infra. dicitur cap. prox. n. 76. Vide nu. 77. cum aliis.

88 Quod si emptor fuerit læsus, non prohibetur, etsi rem alienaverit, contra venditorem agere; tamen si emptor executionis sententiæ rescissivæ contractus, rem prætare non valuerit, cum eam iterum recipere venditor elegerit, nihil omnino consequetur, quia nequivit per alienationem auferre electionem ei, qui læsit; nec supplementum pretii petere, præcisè licet, lege vetante, Guttier. practicar. lib. 2. quest. 137. Franchis decis. 243. num. 5. Barbof. nu. 139. Hermos. in d. l. 56. glos. 10. n. 9. quicquid in contrarium tradat Anton. Gom. d. nu. 22. Verf. Si vero ipse emptor. Vide Dicastil. d. nu. 314. ubi quod in foro animæ venditor debet excessum pretii restituere.

Verf. Quoties vero venditor.

Venditor læsus ultra dimidiam, si adversus tertium rei venditæ possessorem agat, cum licet intra quadriennium jure communi auditur, quo transacto à die contractus, præscriptione excludetur, Cancr. alios referens, d. part. 1. cap. 13. num. 31. quamvis remedium dicit. l. 2. contra lædentem ipsum, nisi triginta annorum lapsu non præscribitur, nam hæc jure Cæsarium, omnibus actionibus personalibus communis est vita, nisi aliqua specialis lege ampliatur: vel restringatur. l. 3. l. omnes 4. C. de præscript. trigint. vel quadrag. annor. atque ita in specie docent Ant. Gom. d. num. 22. Verf. Item adde quod remedium, Cyriac. controvers. 257. num. 34. Padilla. in dicit. l. 2. num. 47. Cevall. dicit. quest. 536. num. 17. Greg. Lop. in l. ult. glos. fin. tit. fin. part. 6. Pinell. part. 2. cap. 1. num. 26. Azeved. in l. 1. num. 32. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Matienç. ibidem, glos. 10. num. 7. Morla. dicit. tit. 9. quest. 21. in fine. Felician. tom. 1. lib. 2. capit. 1. num. 39. Fulgos. in l. in contractibus, C. ex quib. caus. majores, Petr. Gregor. sup. cap. 34. nu. 7. Sed aliquando jus agendi ex ea constitutione, usque ad quadraginta annos protelatur, ut in Ecclesia, Principe, vel Republica læsis, Aurb. quas actiones, C. de sacrosanct. Eccles. Idem est in privatis enormissimè læsis, Azeved. ubi proximè, Alciat. in cap. cum contingat, de jurejurando, Gomez de Leon allegat. 96. Ripa respons. 138. Greg. Lop. in d. glos. ult.

90 Quod tempus varie apud diversas provincias restrictum est: in Gallia ad decennium, in Lusitania ad quindecim annos, in Valentia ad triennium, in Castella ad quadriennium, d. l. 11. tit. 5. lib. 5. Recopilat. Barbof. in d. collectan. n. 120. cum sequentib. Pinell. ubi proximè, Matienç. d. n. 7. Morla

la supra, Castill. controuv. lib. 7. cap. 18. nu. 81. Ant. Gom. supra, Rebell. d. cap. 2. lib. 9. q. 3. sect. 2. n. 14. Caldas Pereira in d. l. si curatorem habens, verbo, infra, n. 10. Gregor. Lop. supra, Hermos. in d. l. 56. glos. 12. n. 123. Parlador. d. different. 114. n. 1. Petr. Greg. n. 11.

91 Ultra quæ tempora læsus nedum agendo; sed nec excipiendo, ex ea constitutione audendus erit, namque ad utrumque terminus ille præfinitur, non obstante regula juris, secundum quam, quæ temporalia sunt ad agendum, perpetuo ad excipiendum durant; qua intelligitur, actione, & exceptione separatim consideratis, non quando utraque in eadem persona concurrat, ut in casu nostro, tunc enim qui agere omittit, cum possit, intra tempus lege definitum, exceptionis quoque auxilio destituitur; quod secus in habente solum exceptionem, cui negligentia nequit imputari, cur sua defensione usus non fuerit, quam nisi ab adversario impeditus deducere in judicium non valet, siquidem exceptio nihil est aliud, quam actionis exclusio; l. 2. ff. de exception. sicque interpretatur communiter l. pure §. fin. ff. de dol. except. ex qua axiomæ repetitum deducitur, & in specie nostra tenent Guttier. d. lib. 2. practicar. quest. 143. per totam, Matienç. d. glos. 10. nu. 8. ubi alii.

92 Sed quadriennii metæ apud nos non observantur, cum Ecclesia, Princeps, vel Civitas sic læsi reperiuntur; sed usque ad tricennale tempus prædicto remedio jvantur, argumento l. fin. tit. ult. part. 6. Hermos. nu. 127. Barbof. n. 124. Matienç. in dialog. relator. part. 3. cap. 20. nu. 25. Cofta in d. §. Et qui si tantum, part. 2. nu. 83. Cevall. ubi proximè, nu. 16. Salced. ad Bernard. Diaz. regul. 219. limitat. 12. in fine, Olan. in antinom. jur. lit. E. num. 2. 3. Gomez Vajo in praxi, lib. 1. c. 24. nu. 153.

93 Idem juris; ubi privatus enormissimè læditur, Gregor. Lop. ubi supra, Felician. ubi proximè, nu. 40. Hermosil. d. glos. 12. nu. 124. D. Covar. in cap. quamvis passum, part. 3. §. 4. num. 7. Verf. Undecima conclusio, Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 26. n. 7. Gomez Vajo supra, Barbof. n. 123. Gomez de Leon, d. allegat. 96. Matienç. in dicit. l. 1. glos. 8. n. 49. Gamma decis. 66. Cabed. Lusitan. decis. 70. n. 3. part. 1. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. glos. 21. n. 28. Rebell. dicit. lib. 9. quest. 3. sect. 2. nu. 8. Verf. Si tamen, quamvis Castill. dicit. nu. 81. sequitur Parladorium dicit. different. 114. n. 3. opinetur, jus ad agendum propter enormissimam læsionem viginti annis præscribi: quia non amplius actiones personales jure nostro consistunt, l. 6. tit. 11. lib. 4. Recopilat. Sed à communi recedendum non est, nam dolus, qui in hujusmodi læsione intervenire creditur, rem ipsam afficit: Rodrig. de ann. reditib. lib. 1. cap. 14. n. 63. Hermos. d. glos. 7. n. 43.

94 Alios casus, in quibus remedium istud similiter usque ad triginta annos extenditur, tradit Hermos. dicit. glos. 12. nu. 125. 126. ut in contractu cum minore celebrato, juris solemnitatibus non servatis, in quo læsus ultra dimidiam ipse reperitur; nam propter dolum præsumptum actio dicitur permanet: cum videas, loca, ad quæ ibi se remittit.

95 Solet dubitari intra quod tempus liceat reo eligere, juxta d. l. 2. dispositionem, aut pretium supplere, aut reddere? tenendum est electionem durare usque ad executionem judicati, super qua, lite contestata, eligendi facultas admittitur: Alberic. in d. l. 2. Verf. Usque ad quod tempus, Baldus ubi quest. 10. Pinaria addit. ad Covar. Tom. 1.

nell. part. 3. cap. 3. n. 38. Verf. Elestio autem. Franchis decis. 495. Hermosil. dicit. glos. 9. n. 28. Barbof. in d. collectan. n. 79. & cum emptor supplere iustum pretium eligit, rem habere dicitur ex pristina causa, non quasi nunc emeret, Marra in votis novissimis decis. vot. 128. Barbof. n. 78. Hermos. d. glos. 7. num. 26.

Ibi: Et ob id, jure itidem Regio.

Jure regio etiam verius est, tertium possessorem, 96 qui iusto pretio ignorans læsionem emit à primo emptore, minimè posse conveniunt ex dicit. l. 2. quamvis solvendo non sit, qui cum læso contraxit, nec locum esse decisioni Consulti in l. in cause 14. §. ultim. ff. de minorib. ut docent. Pinell. part. 2. c. 1. n. 31. Padilla in d. l. 2. n. 36. Verf. Secunda conclusio, Matienç. in dicit. l. 1. glos. 8. n. 25. Felician. lib. 2. cap. 1. nu. 5. Verf. Igitur, Pereira lib. 4. de emphyteus. extrinç. cap. 4. nu. 8. Calla. de modo articuland. §. 2. glos. unica, n. 1252. Hermos. in d. l. 56. glos. 7. n. 40. & diximus nuper, ad versic. Tertia conclusio. Nam etsi quoad tempus pari passu curant per l. Regium remedium hoc, & restituitur in integrum, non inde sequitur, quoad omnia esse æquiparata; maxime cum inducta ad diminutionem, non debeant augmentum operari: ut probavimus supra, lib. 1. c. 6. n. 25. Unde cum lex Regia remedium d. l. 2. coarctaverit, ut citius pereat; ex ipsa ejus remedii natura ampliari non potest; igitur si jure communi, ut D. Covar. rectè docuit in dicit. v. d. Tertia conclusio. Tertius possessor in casu, de quo agimus, conveniri non poterat, idem de jure Regio dicendum est, quod illud auxilium restringere intendit: alioquin lex ad unum finem facta operaretur contrarium, adversus juris regulas (de quo supra, lib. 1. c. 9. n. 47.) l. Dinus 25. ff. de milit. testament. l. legata inutiliter. 19. ff. legat. 1. Cevall. tom. 2. q. 805. n. 18.

AD CAPUT IV.

Remedium l. 2. C. rescind. vendit. utrum contrahentium renunciatione tolli possit.

SUMMARIUM.

- 1 DD. de materia consulendi laudantur.
- 2 Renunciatio generalis omnium juris remediorum; non continet læsionem ultra dimidiam.
- 3 Sub generali dispositione non veniunt illa, de quibus disponens verosimiliter presumitur non cogitasse.
- 4 Ampliatur conclusio tradita n. 2. ad renunciante scientem iustum valorem rei.
- 5 Ampliatur itidem ad renunciante cum juramento.
- 6 Renunciatio specialis l. 2. C. de resc. vendit. ejus auxilium tollit.
- 7 Ampliatur ad ignorantem iustum rei pretium.
- 8 Renunciatio unius ex contrahentibus, alteri remedium d. l. non aufert.
- 9 Scienti rei valorem an detur remedium ejus constitutionis? late traditur, ad n. 13.
- 10 Renunciatio l. 2. in eodem instrumento contractus facta, utrum impediat agere ad rescissionem? Et num. 20.
- 20 Renunciatio exceptionis non numerata pecunie, in eodem instrumento obligationis facta, num valeat jure communi, & Regio? usque ad n. 19.
- 21 Quibus non officiat renunciatio d. l. 2. si in continenti fiat.
- 22 Facilius in renunciacionibus in continenti factis, etiam